Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Missale Ad vsum sacri Ordinis Cisterciensis, nuper a mendis quamplurimis repurgatum, ac denuo accuratius per viros probos eiusdem ordinis recognitum, [et] emendatum - Cod. Lichtenthal 134

Le Blanc, Jean

[Lichtenthal], [1560 Druck; Handschrift Anfang 17. Jh.]

Orationes communes

urn:nbn:de:bsz:31-40622

Visual Library

[In] miſſis priuatis. Tractus.

De profundis clamaui ad te dñe domine exaudi vocē meam. ℣. Fiant aures tue intēdētes in orationē ſerui tui. ℣. Si iniquitates obſeruaueris dñe: dñe quis ſuſtinebit. ℣. Quia apud te propitiatio eſt ⁊ propter legem tuā ſuſtinui te dñe. In maioribus anniuerſarijs et pro preſēti defuncto. ℟. Si ambulem in medio vmbre mortis nō timebo mala quoniam tu mecum es dñe. ℣. Uirga tua et baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Tractus.

Abſolue dñe aĩas oĩm fidelium defūctorū ab omni vinculo delictorū. ℣. Et gratia tua illis ſuccurrēte mereātur euadere iudiciū vltionis. ℣. Et lucis eterne beatitudine perfrui. Offer. Domine ieſu xpe rex glorie libera aĩas oĩm fideliū defunctorū de manu inferni ⁊ de profūdo laci libera eas de ore leonis ne abſorbeat eas tartarus ne cadāt in obſcura ſed ſignifer ſctūs michael repreſentet eas in lucē ſanctā quā olim abrahe promiſiſti et ſemini eius. ℣. Hoſtias et preces tibi dñe offerimus tu ſuſcipe pro animabus illis quarū hodie memoriā agimus fac eas dñe de morte trāſire ad vitā, quā olim abrahe promiſiſti et ſemini eius. Cōio.

Lux eterna luceat eis domine cū ſanctis tuis in eternum quia pius es.

¶ Pro epiſcopo defuncto. Collecta.

Deus qui inter apoſtolicos ſacerdotes famulum tuū pontificali feciſti dignitate vigere: preſta queſumus / vt eorum quoqꝫ perpetuo aggregentur conſortio. Per. Secreta.

Suſcipe queſumus domine / pro anima famuli tui ſacerdotis quas tibi offerimus hoſtias vt cui pontificale donaſti meritum / dones et premium. Per dominum noſtrum. Poſtcōio.

Propitiare dñe ſupplicationibus noſtris et animam famuli tui epiſcopi / in viuorum regione eternis gaudijs iubeas ſociari. Per.

¶ In anniuerſario defūcti. Collecta

Preſta domine queſumus: vt anima famuli tui / cuius anime famulorum tuorū quorum anniuerſariū depoſitionis diem commemoramus indulgentiam pariter ⁊ requiem capiat / capiant / ſempiternam. Per dominum noſtrum. Secreta.

Exaudi domine ſupplicationes noſtras / vt animā / aĩas / famuli tui / orum tuorum pro qua / quibus / tibi offerimus ſacrificium laudis / ſanctis ⁊ electis tuis ſociare digneris. Per dominum. Poſtcōio.

Suſcipe domiñe preces noſtras pro anima / animabus / famuli tui / lorum tuorum vt ſi que ei / eis / macule de terrenis contagijs adheſerunt: remiſſionis tue miſericordia deleantur. Per dominum.

¶ Alia pro defunctis. Collecta.

Inclina domine aurē tuā ad preces noſtras: quibus miſericordiam tuam ſupplices deprecamur: vt animam / animas / famuli tui / orū tuorū quā / quas / de hoc ſeculo migrare iuſſiſti in pacis ac lucis regione cōſtituas: et ſanctorū tuorū iubeas eſſe conſortem / tes. Per dominum noſtrum. Secreta

Annue nobis domine / vt anima / me / famuli tui / orum tuorum / remiſſionē quam ſemper optauit / erunt / mereatur / antur / percipere peccatorum. Per. Poſtcōio.

Abſolue domine animam / as famuli tui / orum tuorum ab omni vinculo delictorū: vt in reſurrectionis gloria inter ſanctos tuos reſuſcitatus [illegible] reſpiret / ent, per dominum.

¶ alia Collecta pro defunctis.

Orationes communes.

DEus cui proprium eſt miſereri ſemper et parcere: propitiare anime abus famuli tui lorũ tuorum ⁊ omnia eius eorum peccata dimitte: vt mortis vinculis abſolutus/ luti/ trãſire mereatur/ eantur ad vitam. Per dominum noſtrum. **Secreta.**

ANimam aĩas/ famuli tui lorum tuorũ queſumus domine ab omnibus vitiis humane conditionis hec abſoluat oblatio/ que totius mundi tulit immolata peccatum. Per dñm. **Poſtcõio.**

PReſta domine queſumus aĩe abus/ famuli tui orum tuorũ miſericordiam ſempiternã: vt mortalibus nexibus abſolutã/ tas/ lux eterna poſſideat. Per dominum no.

❡ **Pro femina defuncta. Collecta.**

QUeſumus domine pro tua pietate miſerere aĩe/ abus/ famule tue/ arum tuarum/ et a contigiis mortalitatis exutam/ utas/ in eterne ſaluationis partem reſtitue. Per. **Secreta.**

HIs ſacrificiis domine queſumus anima famule tue/ me/ arum tuarum/ ⁊ a peccatis omnibꝰ exuatur antur/ vt per hec pie placationis officia/ perpetuam miſericordiã conſequatur antur p. **Poſtcõio.**

INueniat ant/ queſumus dñe anima famule tue me/ arũ tuarum/ lucis eterne conſortium: que in hac luce poſita te/ tuũ conſecuta eſt teſunt/ ſacramentum. Per.

❡ **Alia pro defunctis. Collecta.**

OMnipotẽs ſempiterne deꝰ cui nunquam ſine ſpe miſericordie ſupplicatur: propitiare animabus famulorũ famularũqꝫ tuar[illegible]: vt qui de hac vita [illegible] tui nominis c[illegible]feſſione deceſſerunt: ſanctorum tu[illegible]rum numero facias aggregari. Per. **Secreta.**

PRopitiare queſumꝰ domine animabus famulorum famularumqꝫ tuarum/ pro quibꝰ tibi hoſtias placationis offerimus/ ⁊ quia in hac luce in fide manſerunt catholica in futura vita eis retributio cõdonetur. Per. **Poſtcõio.**

PReſta queſumus omnipotẽs deus/ vt animas famulorum famularumque tuarum ab angelis lucis ſuſceptas: in preparata habitacula deduci facias beatorũ. Per.

❡ **Pro fratribus congregationis defunctis. Collecta.**

DEus venie largitor et humane ſalutis author: queſumꝰ clementiã tuã: vt noſtre cõgregationis fr̃es familiares ⁊ benefactores qui ex hoc ſeculo tranſierunt beata maria ſemper virgine intercedente cum omnibus ſanctis ad perpetue beatitudinis conſortium peruenire concedas. Per. **Secreta.**

DEus cuius miſericordie non eſt numerus/ ſuſcipe propitiꝰ preces humilitatis noſtre/ ⁊ aĩabus fratrũ familiariũ et benefactorũ noſtrorũ quibꝰ tui nominis dediſti confeſſionẽ/ per hec ſacramenta ſalutis noſtre cunctorum remiſſionem tribue peccatorum. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum. post com:

PReſta queſumus miſericors deus vt anime pro quibꝰ hoc ſacrificium laudis/ tue obtulimus maieſtati: per huiꝰ virtutem ſacramenti a peccatis omnibꝰ expiate lucis perpetue te miſerante recipiant beatitudinem. Per.

❡ **Pro his qui in cimiteriis iacent. Collecta.**

DEus cuiꝰ miſeratione anime fideliũ requieſcũt: famulis et famulabꝰ tuis oĩbus hic ⁊ vbiqꝫ in xp̄o quieſcẽtibꝰ

da pꝛopitius veniam peccatoꝛum: vt a cunctis reatibus abſoluti/ tecũ ſine fine letẽtur. Per eũdẽ. Secreta.

PRo aīabꝰ famuloꝛũ famularũqꝫ tuarũ hic et vbiqꝫ in chꝛiſto doꝛmientium hoſtiã dñe ſuſcipe benignꝰ oblatam / vt hoc ſacrificio ſingulari vinculis hoꝛrende moꝛtis exute vitam mereantur eternam. Per eundem. Poſtcōio.

DEus fidelium lumen animarũ: adeſto ſupplicationibus noſtris: ⁊ da famulis et famulabus tuis quoꝛum coꝛpoꝛa hic / ⁊ vbiqꝫ in chꝛiſto requieſcũt refrigerij ſedem: quietis beatitudinem: luminis claritatem. Per eundem.

¶ Pꝛo patre et matre. Collecta.

DEus qui nobis patrẽ ⁊ matrem honoꝛare pꝛecepiſti: miſerere clementer animabus patris et matris mee ⁊ omnia eoꝛum peccata dimitte: meque eos in eterne claritatis gaudio fac videre. Per do. Secreta.

SUſcipe ſacrificium qs dñe qd tibi pꝛo animabus patris et matris mee offertur eiſqꝫ gaudium ſit ſempiternum in regione vivoꝛũ. Per dominum. Poſtcōio.

CEleſtis participatio ſacramẽti queſumus dñe animabus patris ⁊ matris mee requiẽ ⁊ lucem obtineat perpetuã: meqꝫ cũ illis grã tua coꝛonet eterna. Per dominum.

¶ Pꝛo oīb' fidelibꝰ defũctis. Colle.

FIdelium deus omniũ cōditoꝛ et redēptoꝛ: animabus famuloꝛum famularumqꝫ tuarũ / remiſſionem cũctorum tribue peccatoꝛum: vt indulgẽtiã quã ſẽper optauerũt: pijs ſupplicationibꝰ conſequãtur. p. Secreta.

HOſtias queſumus dñe quas tibi pꝛo animabus famuloꝛũ famularumqꝫ tuarum offerimꝰ pꝛopitiatus intende / vt quibꝰ fidei chꝛiſtiane meritum contuliſti / dones et pꝛemium. Per. Poſtcōio.

ANimabus queſumus dñe famuloꝛũ famularũqꝫ tuarum oꝛatio pꝛoficiat ſupplicãtiũ: vt eas ⁊ a peccatis omnibus exuas: et tue redēptionis facias eſſe participes. p

¶ Generalis p vivis ⁊ defũctis. Col.

OMnipotẽs ſempiterne deꝰ q̄ vivoꝛũ dominaris ſimul ⁊ moꝛtuoꝝ omniũqꝫ miſereris quos tuos fide et opere futuros eſſe pꝛenoſcis: te ſuppliciter exoꝛamꝰ: vt pꝛo quibꝰ effundere pꝛeces decreuimꝰ / quoſqꝫ vel pꝛeſẽs adhuc ſeculũ in carne retinet / vel futurum iam exutos coꝛpoꝛe ſuſcepit: pietatis tue clemẽtia omniũ delictorũ ſuoꝛũ veniã / et gaudia conſequi mereantur eterna. Per. Secreta.

DEus cui ſoli cognitus eſt numerus electoꝛum in ſuperna felicitate locandus / tribue queſumꝰ vt vniverſoꝛũ quos in oꝛatione cōmendatos ſuſcepimus / et omnium fidelium nomina / beate pꝛedeſtinationis liber aſcripta retineat. Per dominum. Poſtcōio.

PUrificent nos domine queſumus ſacramenta que ſumpſimus: et pꝛeſta vt hoc tuum ſacramẽtum non ſit nobis reatus ad penam ſed interceſſio ſalutaris ad veniam: ſit ablutio ſcelerũ: ſit foꝛtitudo fragilium: ſit cōtra mundi pericula firmamentum: ſit vivoꝛum atqꝫ moꝛtuoꝛum fidelium remiſſio omnium peccatoꝛum. Per.

¶ Item alia pꝛo vivis ⁊ defunctis. Collecta.

SAnctoꝛum tuoꝛum interceſſionibus queſumus domine nos pꝛotege: ⁊ famulis ⁊ famulabꝰ tuis quoꝛum cōmemoꝛationẽ agi

mus/ vel quorum elemoſinas rece-
pimus/ ſeu etiam his qui nobis fa-
miliaritate atque conſanguinita-
te iuncti ſunt miſericordiam tuam
vbique pretende vt ab omnibus im
pugnationibus defenſi / tua opitu-
latione ſaluentur/ et animas famu-
lorum famularumque tuarum om-
nium videlicet fidelium catholico-
rum orthodoxorum quorum com-
memorationem agimꝰ et quorum
corpora in hoc cimiterio vel in cun-
ctis cimiterijs chriſtianorum requie
ſcunt vel quorum nomina ante ſan-
ctum altare tuum ſcripta adeſſe vi-
dentur/ electorum iungere digneris
conſortio. Per. Secreta.

PRopitiare domine ſupplica-
tionibus noſtris/ et has obla
tiones quas pro incolumitate famu
lorum famularumqꝫ tuarum/ ⁊ pro
animabus omnium fidelium catho
licorum orthodoxorum / quorũ no-
mina ante ſãctum altare tuum ſcri-
pta adeſſe videntur/ nomini tuo cõ-
ſecrandas deferimus/ benignus aſ-
ſume/ vt ſacrificij/ preſentis oblatio
ad refrigeriũ animarũ eorũ te miſe-
rante proueniat. Per. Poſtcõio.

PUrificet nos dñe qs diuini ſa
cramenti perceptio: ⁊ glorio-
ſa ſanctorum tuorum oratio: ⁊ ani-
mabꝰ famulorum famularũqꝫ tua-
rum quorũ cõmemorationẽ agimꝰ
remiſſionem cunctorum tribue pec-
catorum. Per. ¶ Item alia pro vi-
uis et defunctis. Collecta.

PIetate tua qs dñe noſtrorũ
ſolue vincula omniũ pecca
torum: et intercedente bea-
ta et glorioſa ſemperqꝫ vir-
gine dei genitrice maria cum omni-
bus ſanctis tuis / domnũ papã pon
tifices et abbates noſtros/ ⁊ omnes
congregationes illis commiſſas/ re
ges et principes noſtros / et omnem
populum chriſtianum ⁊ nos famu-
los tuos atqꝫ loca noſtra in omni ſã
ctitate et religione cuſtodi: omneſqꝫ
affinitate ac familiaritate/ vel con-
feſſione et oratione nobis iunctos /
a vitijs purga: virtutibus illuſtra/
pacem et ſalutem nobis tribue: ho-
ſtes viſibiles ⁊ inuiſibiles remoue:
carnalia deſideria repelle: aerem ſa
lubrem indulge: amicis et inimicis
noſtris charitatem largire: iter fa-
mulorum tuorum in ſalutis tue pro
ſperitate diſpone: infirmis noſtris
ſanitatem reſtitue: et omnibus fide
libus viuis et defunctis in terra vi-
uentium vitam et requiẽ eternã con
cede. Per eundem. Secreta.

DEus qui ſingulari corporis
tui hoſtia/ totius mundi ſol-
uiſti delicta / hac oblatione placatꝰ
maculas ſcelerũ noſtrorum abſter-
ge / et omnium fidelium viuorũ vel
defunctorum peccata dimitte / eiſqꝫ
premia eterna concede. Qui viuis ⁊
regnas deus. Poſtcõio.

SUmpta queſumꝰ domine ſa-
cramenta celeſtia / omnia cri-
mina noſtra detergãt: omnẽqꝫ pra-
uitatem ⁊ infirmitatẽ ⁊ hoſtium ra-
biem meritis btẽ ſẽper virginis ma
rie ⁊ oĩm ſctõrũ a nobis procul repel
lãt: et omnibꝰ fidelibus viuis et de-
functis proſint ad veniam: pro quo
rum tibi ſunt oblata ſalute. Per eũ-
dem dominũ noſtrum ieſum chriſtũ

¶ Pro defunctis. i. Lectio libri apo
calypſis b. Johannis apoſtoli. xiiij.

IN diebus illis. Audiui vocem
de celo dicentem michi. Scri-
be. Beati mortui: qui in domino mo
riuntur. A modo iam dicit ſpiritus:
vt requieſcãt a laboribus ſuis. Ope
ra enim illorum: ſequuntur illos.

ij. ¶ Lectio libri machabeorũ. ij. xij

IN diebus illis. Uir fortiſſimus iudas collatione facta / duodecim milia dragmas argenti miſit hieroſolymam / offerri ea ibi pro peccatis mortuorum: iuſte et religioſe de reſurrectione cogitans. Niſi enim eos qui ceciderant reſurrecturos ſperaret: ſuperfluum videretur ⁊ vanū orare pro mortuis. Et quia conſiderabat quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant: optimam haberent repoſitam gratiam. Sancta ergo et ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare vt a peccatis ſoluantur.

¶ iii. Ad Theſſalonicenſes. prime. iiij.

FRatres. Nolumus vos ignorare de dormientibus: vt nō contriſtemini ſicut ⁊ ceteri qui ſpem non habent. Si enim credimꝰ quod ieſus mortuus eſt et reſurrexit: ita et deus eos qui dormierunt per ieſum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini / quia nos qui viuimus qui reſidui ſumus in aduentu domini non preueniemus eos qui dormierunt: quoniam ipſe dominus in iuſſu et in voce archangeli / et in tuba dei deſcendet de celo / et mortui qui in chriſto ſunt reſurgent primi. Deinde nos qui viuimꝰ qui relinquimur ſimul rapiemur cū illis in nubibus obuiam chriſto in aera: et ſic ſemper cū dn̄o erimꝰ. Itaque conſolamini inuicem / in verbis iſtis.

¶ iiii. Ad Corinthios. j. xv.

FRatres. Ecce myſterium vobis dico. Omnes quidem reſurgemus: ſed non omnes immutabimur. In momento: in ictu oculi: in nouiſſima tuba. Canet enim tuba: ⁊ mortui reſurgent incorrupti / et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam / ⁊ mortale hoc induere imortalitatē. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt. Abſorpta eſt mors in victoria: Ubi eſt mors victoria tua: Ubi eſt mors ſtimulꝰ tuus. Stimulus enim mortis peccatum eſt. Uirtus vero peccati: lex. Deo autē gratias: qui dedit nobis victoriam. Per dominum noſtrū ieſum xp̄m.

¶ Euangelia dicenda pro defūctis Primum. Secūdum Johānem. xi.

IN illo tēpore: Dixit martha ad ieſū. Dn̄e ſi fuiſſes hic: frater meus non fuiſſet mortuus. Sed et nunc ſcio: quia quecunqꝫ popoſceris a deo / dabit tibi deus. Dicit illi ieſus. Reſurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio: quia reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die. Dicit ei ieſus. Ego ſum reſurrectio: et vita Qui credit in me: etiam ſi mortuus fuerit viuet. Et omnis qui viuit et credit in me: non morietur in eternū Credis hoc: Ait illi. Utiqꝫ dn̄e. Ego credidi quia tu es chriſtus filius dei: qui in hunc mundum veniſti.

ii. ¶ Secundum Johannem. vi.

IN illo tempore. Dixit ieſꝰ turbis iudeorū. Om̄e qđ dat michi pater ad me veniet: et eū q̄ venit ad me nō eijciā foras / quia deſcēdi de celo nō vt faciā voluntatē meam ſed volūtatem eiꝰ qui miſit me. Hec eſt aūt volūtas eiꝰ qui miſit me patris: vt omne quod dedit michi non perdā ex eo / ſed reſuſcitē illud in nouiſſimo die. Hec eſt em̄ voluntas patris mei qui miſit me: vt omnis qui videt filium ⁊ credit in eum / habeat vitam eternam. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.

iii. ¶ Secundum Johannem. v.

IN illo tempore. Dixit ieſꝰ turbis iudeorum. Sicut pater ſuſcitat mortuos et viuificat: ſic ⁊ filiꝰ

quos vult viuificat. Neque enim pa-
ter iudicat quemq̄ ſed iudicium om-
ne dedit filio/ vt omnes honorificēt
filium ſicut honorificant patrem.
Qui non honorificat filium: nō ho-
norificat patrem qui miſit illum.
Amen amen dico vobis: quia qui
verbum meum audit et credit ei qui
miſit me habet vitam eternam. Et
in iudicium non venit: ſed tranſiet
a morte in vitam.

iiij. ¶ Secundum Johannem. v.

IN illo tempore. Dixit ieſus
turbis iudeorum. Amē amen
dico vobis: quia venit hora et nunc
eſt/ quando mortui audient vocem
filij dei/ et qui audierint viuent. Si-
cut enim pater habet vitam in ſe-
metipſo: ſic dedit et filio vitā habere
in ſemetipſo. Et poteſtatem dedit ei
iudicium facere: quia filiꝰ hominis
eſt. Nolite mirari hoc: quia venit
hora in qua omnes qui in monumē-
tis ſūt audiēt vocē eiꝰ. Et procedēt
qui bona fecerunt in reſurrectionē
vite: qui vero mala egerunt: in re-
ſurrectionem iudicij. ¶ Ordo de
collectis peculiaribus. ¶ Pro ſum-
mo pontifice. Collecta

DEus fidelium paſtor
et rector: famulum
tuum N. quem eccle-
ſie tue preeſſe voluiſti
propitius reſpice: da
ei queſumus verbo ⁊
exemplo quibus preeſt proficere: vt
ad vitam vna cum grege ſibi credi-
to perueniat ſempiternam. Per do-
minum noſtrum. Secreta.

OBlatis queſumꝰ domine pla-
care muneribus/ et famulum
tuum N. quem paſtorem populo
tuo eſſe voluiſti/ aſſidua protectio-
ne guberna. Per dominum noſtrū
ieſum chriſtum. Poſtcōio.

HEc nos queſumus domine di-
uini ſacramenti perceptio pro-
tegat: et famulum tuum N. quem
paſtorem eccleſie tue preeſſe volui-
ſti vna cum commiſſo grege ſaluet
et muniat. Per dominum.

¶ Pro rege. Collecta.

QUeſumus omnipotēs deꝰ/
vt famulus tuus rex noſter
N. qui tua miſeratione ſu-
ſcepit regni gubernacula/
virtutum etiam omnium percipiat
incrementa/ quibus decenter orna-
tus/ et vitiorum monſtra deuitare/
et hoſtes ſuperare/ et ad te qui via
veritas et vita es/ gratioſus valeat
peruenire. Per. Secreta.

MUnera queſumꝰ domine ob-
lata ſanctifica/ vt nobis vni-
geniti tui corpus et ſanguis fiant/
et regi noſtro N. ad obtinēdam cor-
poris et anime ſalutem/ et ad pera-
gendum iniunctum ſibi officium/ te
largiente vſquequaque proficiant.
Per dominum. Poſtcōio.

HEc domine oblatio ſalutaris
famulum tuum N. regem no-
ſtrum ab omnibꝰ tueatur aduerſis:
quatinus et eccleſiaſtice pacis obti-
neat tranquillitatem: et poſt iſtius
temporis decurſum ad eternam per-
ueniat hereditatem. Per dominum
noſtrum ieſum chriſtum.

¶ Pro epis et abbatibus. Collecta.

OMnipotēs ſempiterne deꝰ
q̇ facis mirabilia magna
ſolus: pretēde ſuper famu-
los tuos N. et ſuper cōgre-
gationes illis commiſſas ſpiritum
gratie ſalutaris: et vt in veritate ti-
bi complaceant: perpetuum eis ro-
rem tue benedictionis infūde. Per.
eiuſdem. Secreta.

HOſtias dn̄e famulorū tuorū
placatꝰ intende, ⁊ quas in ho

noꝛē nominis tui deuota mente pꝛo
eis celebꝛamus / pꝛoficere ſibi ſētiāt
ad medelam. Per. Poſtcōio.

Quos celeſti recreas munere /
perpetuo dñe comitare pꝛeſi-
dio: ⁊ quos fouere non deſinis ; di-
gnos fieri ſēpiterna redēptione cōce
de. Per. ¶ Cōtra paganos. Colle.

Omnipotēs ſempiterne deꝰ
in cuiꝰ manu ſūt omniū po
teſtates / ⁊ oīa iura regnoꝝ
reſpice ī auxiliū chꝛiſtiano
rū: vt gētes paganoꝛū que in ſua fe
ritate confidunt ; dextere tue poten-
tia conterantur. Per. Secreta.

Sacrificiū dñe qđ immolamus
intēde / et ꝓpugnatoꝛes tuos
ab omni exuas paganoꝛum nequi-
tia ; et in pꝛotectionis tue pꝛoſperi-
tate conſtituas. Per. Poſtcōio.

Protectoꝛ noſter aſpice deus:
⁊ pꝛopugnatoꝛes tuos a pa-
ganoꝛum defende periculis ; vt ab
omnibus perturbationibus ſemoti
liberis tibi mentibus ſeruiant. Per.

¶ Pꝛo amico vel amicis. Collecta.

Deus qui iuſtificas impium
et non vis moꝛtem peccato
rum / maieſtatē tuam ſup-
pliciter depꝛecamur: vt fa-
mulum tuū / os tuos de tua miſeri-
coꝛdia confidentem / tes / celeſti pꝛo-
tegas benignus auxilio ; et aſſidua
pꝛotectione conſerues: vt tibi iugi-
ter famuletur / entur / ⁊ nullis tenta-
tionibus a te ſeparetur / entur. Per
dominum. Secreta.

Huius domine queſumus vir-
tute myſterij ⁊ a pꝛopꝛijs nos
munda delictis / et famulum tuum /
os tuos / ab omnibus abſolue pecca
tis. Per dñm. Poſtcōio.

Purificent nos domine queſu-
mus ſacramenta que ſumpſi
mus ; et famulum tuum / los tuos /
cſ.
ab omni culpa liberum / cos / eſſe con
cede: vt quia conſcientie reatu con-
ſtringitur / guntur celeſtis remedij
plenitudine gloꝛietur cientur. Per
dominum noſtrum.

¶ Alia collecta ad idem.

Famulum tuum queſumus
domine tua ſemper pꝛote-
ctione cuſtodi: vt libera ti-
bi mēte deſeruiat ; et te pꝛo-
tegente a malis omnibus ſit ſecurꝰ.
Per dñm. Secreta.

Grata tibi ſit domine hec obla
tio famuli tui quam tibi offe-
rimus in honoꝛem beati N. marty-
ris cōfeſſoꝛis: tui qs vt eidem pꝛofi-
ciat ad ſalutem. Per. Poſtcōio.

Huius domine queſumus vir
tute myſterij ⁊ a pꝛopꝛijs mū
demur occultis et famulum tuū ab
omnibus abſolue peccatis. Per do-
minum noſtrum.

¶ Item alia collecta ad idem.

Omnipotēs ſempiterne deꝰ
miſerere famulo tuo / lis
tuis / et dirige eum cos / ſe-
cundum tuam clementiā
in viam ſalutis eterne vt te donan-
te tibi placita cupiat piant ; et tota
virtute pꝛoficiat ant. Per dominū
noſtrum. Secreta.

Proficiat queſumus domine
hec oblatio quam tue ſuppli-
ces offerimus maieſtati ad ſalutem
famuli tui loꝛum tuoꝛū vt tua pꝛo-
uidentia eius oꝛum vita inter ad-
uerſa et pꝛoſpera vbiqꝫ dirigatur.
Per dominum. Poſtcōio.

Sumētes dñe ꝑpetue ſacramē
ta ſalutis / tuā depcamur cle-
mētiam ; vt per ea famulum tuum
los tuos / ab omni aduerſitate pꝛo-
tegas. Per dominum noſtrum.

¶ Pꝛo ſalute viuoꝛum. Collecta.

PRetende dñe famulis ⁊ famulabus tuis dexteram celeſtis auxilij: vt te toto corde perquirantꝫ et que digne poſtulant aſſequantur. Per. **Secreta.**

PRopitiare dñe ſupplicationibꝰ noſtris/ et has oblationes famulorum famularumꝗ tuarum quas tibi pro incolumitate eorum offerimus benignꝰ aſſume: et vt nullius ſit irritum votum / nullius vacua poſtulatio/ preſta queſumus vt quod fideliter petimꝰ efficaciter conſequamur. Per dñm. **Poſtcõio.**

DA famulis ⁊ famulabus tuis q̃s dñe in tua fide et ſinceritate conſtantiam: vt in charitate diuina firmatiꝫ nullis tẽtationibus ab eius integritate vellantur. Per do.

¶ **Aduerſus tentationes. Collecta.**

OMnipotens mitiſſime deꝰ/ reſpice preces noſtrasꝫ et libera cor noſtrum de malarum tentatione cogitationum: vt ſancti ſpiritus dignum fieri habitaculum mereamur. Per. **Secreta.**

HAs tibi domine offerimus oblationes pro ſalute noſtra / quatinus animas noſtras ſancti ſpiritꝰ gratia illuminare digneris. Per. eiuſdem. **Poſtcõio.**

PEr hoc q̃s domine ſacrificiũ quod tue obtulimus pietatiꝫ ab omnibus corda noſtra emundes tentationibus. Per dominum.

¶ **Pro caſtitate impetranda. Col.**

VRe igne ſãcti ſpiritꝰ renes noſtros et cor noſtrũ dñe vt tibi caſto corpore ſeruiamꝰ/ ⁊ mũdo corde placeamꝰ. Per. eiuſ. **Secre.**

DIrũpe dñe vincula pctõrum noſtrorũ/ et vt tibi ſacrificare hoſtiam laudis abſoluta libertate poſſimꝰ: retribue que ante tribuiſti/ ⁊ ſalua nos ꝑ indulgẽtiã: quos ſaluare dignatꝰ es ꝑ gratiã. ꝑ. **Poſtcõ.**

DOmine adiutor noſter et protector in tribulationibus/ obſecramꝰ immenſã clementiam tuã/ vt per auxilium gratie tue refloreat caro noſtra vigore pudicitie/ et caſtimonie nouitateꝫ et zona caſtitatis ſuccincta / lorica fidei circundata in reſurrectione iuſtorum eterna gaudia te largiente percipiat. Per.

¶ **Pro humilitate cõſequẽda. Col.**

DEꝰ qui ſuperbis reſiſtis / et gratiã preſtas humilibus, auge in nobis vere humilitatis virtutem / cuius in ſe formam fidelibus vnigenitus tuꝰ exhibuit / vt nunꝗ indignationem tuam prouocemus elati/ ſed potius pietatis tue capiamus dona ſubiecti. Per dñm. **Secreta.**

HEc oblatio dñe nobis remiſſionem omnium peccatorum et vere humilitatis obtineat gratiam quatinus corã te ſobrie ⁊ iuſte pieꝗ viuentes premia conſequamur eterna. Per dñm. **Poſtcõio.**

HUius dñe perceptio ſacramẽti/ peccatorũ noſtrorũ maculas: detergat et nos per humilitatis exhibitionem ad celeſtia regna perducat. Per.

¶ **Pro ſapientia impetranda. Collecta.**

DEus qui per coeternam tibi ſapiẽtiam hominẽ cũ nõ eſſet cõdidiſti / et perditum miſericorditer reformaſti preſta queſumus: vt eadem pectora noſtra / inſpirante te tota mente amemusꝫ ⁊ ad te toto corde curramꝰ Per dominum. **Secreta.**

SAnctificetur queſumus dñe huius noſtre oblationis munus/ tua cooperante ſapientia/ vt tibi placere poſſit ad laudem/ ⁊ nobis proficiat ad ſalutẽ. Per. **Poſtcõio.**

INfunde q̄s dn̄e per hec ſācta que ſūpſimꝰ/ tue cordibus noſtris lumē ſapientie: vt te veraciter agnoſcamꝰ/ et fideliter diligamꝰ. P.

¶ Pro lachrymarum fōte et cordis cōpunctione impetrādis. Collecta.

OMnipotens mitiſſime deꝰ/ qui ſitiēti populo in deſerto de petra fōtem viuētis aque produxiſti: educ de duritia cordis nr̄i cōpūctionis lachrymas: vt pctā nr̄a plangere valeamus/ remiſſionemq̄ te miſerāte percipere mereamur. Per. Secreta.

HAnc q̄s dn̄e oblationē quam tue maieſtati offerimꝰ propitius reſpice: et produc de cordis nr̄i duritia lachrymarū flumina quibꝰ debita flammarum incendia valeāt extingui. Per dn̄m. Poſtcōio.

SAcrificium qđ tue dn̄e deꝰ obtulimꝰ pietati nobis ad veniā nr̄orū proficiat pctōrū/ et tue miſerationis ſēper tribuat ſolatiū. Per.

¶ Propria pro monachis. Collecta.

DEus qui nos a vanitate ſeculi cōuerſos/ ad ſuperne vocationis amorem accendis pectoribus noſtris illabere: et gratiam nobis qua in te perſeueremus infunde: vt protectionis tue muniti preſidio: quod te donante promiſimꝰ: et noſtre profeſſionis executores effecti/ ad ea que perſeuerantibus in te dignatus es promittere pertingamus. Per. Secreta.

TIbi dn̄e deus noſter noſtre deuotionis hoſtias immolamus hoc orantes ac deprecātes/ vt nos ſacrificium tuum mortificatione vite carnalis effectos: in odore ſuauitatis accipias/ ac moribꝰ quibus profeſſioni noſtre congruamꝰ inſtituas/ vt quos ſancte cōpunctionis ardore ab hominum ceterorum propoſito ſegregaſti/ etiam a cōuerſatione carnali/ et ab omni immunditia actuū terrenorū infuſa nobis celitus ſāctitate decernas. Per dominum noſtrum. Poſtcōio.

PReſta dn̄e q̄s famulis tuis renūciantibus ſecularibꝰ pompis ianuas gratie tue aperiri: qui deſpecto diabolo cōfugimus ſub titulo chriſti: dignare veniētes ad te ſereno vultu ſuſcipere/ ne de nobis inimicus valeat triūphare/ et tribue nobis brachiū infatigabile auxilij/ mēteſq̄ noſtras fidei lorica circūda vt felici muro vallati/ per aſſūptionem celeſtis alimonie mūdum nos gaudeamus euaſiſſe. Per.

¶ Pro pace congregationis. Col.

OMnipotēs ſempiterne deꝰ edificator et cuſtos hieruſalē ciuitatis ſuperne: edifica et cuſtodi loca noſtra cū habitatoribus ſuis: vt ſit in eis domicilium tranquillitatis et pacis Per dominum. Secreta.

HIs ſacrificijs dn̄e q̄s placatꝰ intende/ vt qui a proprijs oramus abſolui delictis nō grauemur externis/ ſed ab omnibꝰ liberemur aduerſis. Per dominum. Poſtcōio.

FAmiliam locorum noſtrorū q̄s dn̄e intercedēte beata dei genitrice maria cum omnibus ſanctis tuis perpetuo guberna moderamine/ vt aſſit nobis et in ſecuritate cautella et inter aſpera fortitudo Per dominum noſtrum ieſum.

¶ Letania.

Kyrie eleyſon. Chriſte eleiſon.
Chriſte audi nos. Pater de celis deus. Miſerere nobis.
Fili redēptor mundi deꝰ. miſerere.
Spūſſācte deus. Miſerere nobis.
Sācta trinitas vnꝰ deꝰ. miſerere.
Sancta maria. ora pro nobis.